



**R. P. Ioannis Præpositi Atrebatis, E Societate Iesv, S.
Theologiæ Doctoris, & quondam in Vniuersitate
Louaniensi ac Duacensi Professoris, Commentaria In
Tertiam Partem S. Thomæ De Incarnatione Verbi ...**

LePrévost, Jean

Dvaci, 1629

Art. III. Vtrum sit de neceßitate huius Sacramenti, quod chrisma fuerit
priùs per Episcopum consecratum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94249](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94249)

Ap^{osto}li in
Pentecoste
recep^{er}unt
effectum
Confirmatio-
nis, sine
ipso Sacra-
mento.

Petes an Apostoli Sacramentum Confirmatio-
nis receperint? Negat D. Th. ad 1. & communiter
Doctores; Deus enim, cuius virtus non est alligata
Sacramentis, contulit effectum sine Sacra-
mento Confirmationis, quando in die Penteco-
stes repleti sunt Spiritu S.

ARTICULVS III.

*Utrum sit de necessitate huius Sacramenti,
quod chrisma fuerit prius per Episco-
pum consecratum?*

Resp. affir.

AFFIRMAT; quod supposita institutione
ostendit conuenienti congruentia: Christus
non est vltus visibili vnctione ad homines sanctifi-
candos, & proinde eam suo contactu sacramentali
non sanctificauit, quemadmodum sanctificauit
materiam baptismi & Eucharistia, quæ non indi-
gent vltiori benedictione vt sint legitima mate-
ria istorum Sacramentorum, vnde sequitur quod
decuerit chrisma benedici, vt esset apta materia
huius Sacramenti.

Non licet
confirmare
in chrisma
te non be-
nedicto.

Notandum certum esse, Sacramentum Confir-
mationis non posse licite conferri in chrismate non
benedicto, cum benedictio vt minimum sit præce-
pti ecclesiastici, sed oritur

DUBIVM I.

*Utrum benedictio chrismaus requiratur
ad valorem Sacramenti?*

20.

Palud.

PALVDANVS dist. 7. quæst. 1. art. 2. in con-
clusionione 3. insinuat non requiri, quatenus cen-
set ex dispensatione Pontificis posse conferri in
chrismate non consecrato, in quam sententiâ propen-
det Estius eadem dist. §. 9. circa finem. Sed

Conclusio.
Benedictio
est necessa-
ria necessi-
tate Sacra-
menti.

Resp. necessariò requiri. Ita D. Th. hic in corpo-
re, vbi constituit discrimen inter benedictionem
aquæ baptismi, & chrismaus, ac olei infirmorum,
quod benedictio aquæ pertineat ad solemnitatem
Sacramenti, non autem ad necessitatem; chrisma
verò & oleum infirmorum prius benedicatur (sci-
licet necessitate Sacramenti; id enim postulat an-
tithesis) quam adhibeantur ad vsum Sacramenti.
Eadem est communis sententia & certa; patet ex
Flor. dicente: *materia est chrisma confectum ex oleo &*

Florent.

*balsamo per Episcopum benedicto. quæ loquendi for-
ma indicat benedictionem esse conditionem nec-
cessariam ex parte materiae, & non pertinere ad ri-
tum accidentalem.* Item ex Fabiano supra dicente

Fabian.

Christum docuisse (scilicet Apostolos) chrisma
conficere, quod non potest designare materialem
compositionem, quæ nihil magnum continet, &
potius spectat ad pharmacopœos, quam ad Epis-
copos, sed sanctificationem quandam, igitur chris-
ma ex Christi institutione benedici debet, vt sit
materia huius Sacramenti, & per consequens be-
nedictio videtur conditio ex parte materiae neces-
saria. insinuat etiam Gregorius super caput 1. Can-
tici ad verba: *in vineis engaddi ibi nascitur balsamum*
quod cum oleo pontificali benedictione chrisma efficitur,
quo dona S. Spiritus exprimuntur.

Greg.

Nulla in
particulari
benedictio
est a Chris-
to determi-
nata.

Notandum quod licet aliqua benedictio in con-
fuso requiratur ex Christi institutione ad hoc, vt
chrisma sit debita materia huius Sacramenti, nul-
la tamen in particulari sit ab eo determinata,

sed modus benedictionis Ecclesie sit relictus, vn-
de is modus sufficit quem designat Ecclesia; qui
pro temporum & regionum diuersitate potest
esse alius atque alius, & fieri potest vt benedictio
vno tempore sufficiens, non sufficiat alio. Ponti-
fice prohibente & irritante talem benedictionis
modum.

Ex quo facile patet Pontificem posse indirectè
efficere vt nullus Episcopus valide hoc Sacramen-
tum conferat, si videlicet non inueniatur chrisma
consecratum, & omnem benedictionis modum.
Pontifex reprobet, nolique vltum sufficere vt
chrisma censeatur materia apta Confirmationis,
quamuis enim Ecclesia nihil possit directè circa
substantiam Sacramenti, mutando materiam vel
formam; bene tamen potest aliquid indirectè, quia
scilicet ex parte materiae vel forme vel ministri
exigitur aliqua conditio, circa quam Ecclesia ali-
quid potest, vt g. quia ad validam absolutionem
requiritur iurisdicctio, vel saltem applicatio mate-
riae per Ecclesiam, potestque Pontifex denegare
huiusmodi iurisdictionem vel materiae applicatio-
nem, potest ex consequenti omnem absolutionem
irritam reddere. similiter quia ad validitatem
Sacramenti matrimonij requiritur, vt contractus
cuius, in quo Sacramentum matrimonij funda-
tur, sit validus; ad cuius valorem requiritur mate-
ria & forma legitima, cuius autem potestas cer-
tum modum contrahendi potest reddere inuali-
dum, similiter personas reddere inhabiles ad con-
trahendum, & efficaciter tradendum sui domi-
nium, sit vt Ecclesia possit indirectè impedire, quò
minus Sacramentum matrimonij sit validum. Ita
in præfenti, quia ex Christi institutione ad valo-
rem Confirmationis prærequiritur benedictio
materiae, cuius benedictionis modum reliquit Ec-
clesia determinandum, sit vt si Pontifex omnem
benedictionem reprobari, Confirmatio non pos-
set valde confici defectu legitime materiae. videri
potest Suarez tomo 4. disp. 4. sect. 1. num. 9. qui
in hanc sententiam videtur propendere, quamuis
alibi contrarium indicet.

Petes vtrum requiratur vt chrisma sit eodem
anno benedictum?

Resp. requiri ex præcepto ecclesiastico, vt patet
ex Fabiano supra, & ex communi sensu; non ta-
men requiri ad valorem Sacramenti, quia hactenus
non est ab Ecclesia declaratum quòd anti-
quum chrisma suam benedictionem amittat, si
qualitates chrismaus retineat.

Aduerte 1. chrisma debere singulis annis reno-
uari in die Cene Domini, & antiquum comburi,
in quo sine magna necessitate Sacramentum con-
ferri nequit absque peccato, debet autem benedi-
ci in Ecclesia, & quidem ritibus præscriptis, po-
testque benedici, quemadmodum & chrisma pro
baptismo, etiam si terra sit interdico supposita,
vt patet ex cap. *quoniam*, de sententia excommuni-
cationis, in 6. quod si Episcopus propter impedi-
menta non possit solemniter chrisma conficere,
aliunde nouum est deferendum.

Aduerte 2. non propterea chrisma non censeri
benedictum quòd Episcopus fortè aliquid in Ri-
tuali positum omiserit, quia Ecclesia non ita vide-
tur requirere vt omnia dicantur, vel seruentur que
sunt præscripta, vt benedictio reddatur irrita, si
quid fortè omittatur.

Contra conclusionem obiecit 1. Innocent. 1.
epist. 1. cap. 3. dicit: *presbiteris, cum baptizant, chris-
mate baptizatos ungere licet, sed quod ab Episcopo fuerit*

consecratum.

consecratum, non tamen frontem ex eodem oleo signari
quod solis debetur Episcopis, cum tradant Spiritum S.
paracletum, ex quo licet argumentari, benedictio
chrismatis, quo vertex baptizati est vngendus, non
requiritur ad essentiam baptismi; ergo nec benedi-
ctio chrismatis ad essentiam Confirmationis.

Resp. neg. consequentiam, quia Pontifex so-
lum voluit docere presbyteros non posse Confi-
rmationis Sacramentum conferre, quamvis chris-
matis vti possent circa baptizatum. adde si quid ex
dicto Innocentij sententia confici posset, conclu-
dendum chrismationem frontis esse ritum acci-
dentalem Confirmationis, cum vinctio chrisma-
tis in vertice baptizati sit ritus accidentalis ba-
ptismi.

Obijcitur 2. Innoc. 3. cap. *Pastoralis*, de Sacramentis non iterandis, ratum habet Sacramentum Confirmationis collatum in oleo, quod non videtur fuisse benedictum saltem benedictione chrismatis.

Resp. neg. priorem partem assumpti, similiter
& posteriorem, non enim verisimile est Episcopum hoc Sacramentum contulisse in oleo non benedicto in casu Pontifici proposito.

Obijcitur 3. benedictio nihil operatur physicè
in chrismate, ergo nullo modo videtur requiri ad
substantiam Sacramenti.

Resp. neg. consequentiam, quia per illam benedictionem chrisma moraliter constituitur materia apta Sacramenti.

D V B I V M II.

*Virum hac benedictio necessario fieri de-
beat ab Episcopo?*

Hic reiſcienda eſt Caietani opinio, qui circa præſentem articulum docet ſimplicem ſacerdotem poſſe chriſtam benedicere, ita vt teneat benedictio, licet peccet: quã loquendi formã videtur indicare ſacerdotem id poſſe validẽ etiam abſque commiſſione & authoritate Pontificis. mouetur autem ea ratione quod nulla ſit maior conſecratio, quã ea, quã conficitur Euchariſtia; cùm ergo ſimplex ſacerdos hanc poſſit efficere, poterit omnemaliam. Sed hæc ſententia videtur planẽ temeraria, cùm in re maximi momenti repugnet comuni ſenſui Eccleſie abſque ratione ſufficienti. adde ex Nullo Concilio, vel Patre tenuerit aptare hanc poteſtatem ſimplici ſacerdoti competere. Nec Caietanum inuat eius ratiocinatio, nam ex ea ſequetur ſimplicem ſacerdotẽ poſſe etiam ſine commiſſione Pontificis validẽ conferre Sacramentum Confirmationis, immo & ſacerdotem & Episcopum conſecrare, cùm hæc cõſecrationes ſint inferiores cõſecratione Eucharistiæ: hæc autem ſunt inauditas vnde dicendum poſſe conficere Eucharistiã, quia offerre ſacrificium eſt ſacerdotis, ei quẽ conſecrat ex proprio gradu: duces verò & milites in Eccleſia conſtituere & aptare materiam Sacramentorum, quã vtantur miniſtri, ſecundum naturalem exigentiam pertinet ad duces & principes eiusdem Eccleſiæ: hæc ſententia reſecta:

Duplex alia est de presenti questione opinio.
Prior censet chismaticis benedictionem posse
per Pontificem simplici sacerdoti committi. tenet
Scotus dist. 7. quest. 1. Sotus eadem dist. quest. vni-
ca art. 3. §. restat erga dubium. Caiet. hic. Vict. num.
43. et alij.

Posterior tenet omnino requiri benedictionem
episcopalem, vt chrisma censeatur legitima mate-
ria huius Sacramenti, insinuat D. Th. hic ad 3. te-
net Henriquez lib. 3. cap. 2. num. 2. Suarez disp. 33.
sect. 2. §. nihilominus contr. 2.

Hæc sententia videtur probabilior; quia ex nullo folido principio possumus colligere hanc criminis benedictionem posse committi simpliciter sacerdoti, quinimò non difficulter contrarium colligitur, i. ex Concilio Flor. docente materiam Contigitur, i. ex Concilio Flor. docente materiam Confirmationis esse chrisma ab Episcopo benedictum, ubi videtur eodem modo requirere benedictionem episcopalem, quo mixtionem olei & balsami.

Confir. ibidem lōgè aliter loquitur de ministro,
quàm de hac episcopali benedictione, nā postquā
docuisset ordinarium ministrum esse Episcopum;
addit: *legitur tamen aliquando per Apostolicæ sedis dis-*
persationem &c. simplicem sacerdotem chrismate per Ep-
iscopum confectio hac administrasse Confirmationis Sacra-
mentum. vbi satis ostendit benedictionem episco-
palem necessariò requiri ex parte materiæ huius
Sacramenti.

2. Innocent. 1. Greg. 1. & alij agentes de hac benedictione semper agunt de benedictione Episcopali, nec vnquam leuiter insinuant eam per simplicem sacerdotem posse perfici, nec vnquam Ecclesia leuiter indicauit hanc benedictionem posse committi simplici sacerdoti.

Obijcitur i. quod Syluester, vt refertur in eius decretis, constituerit chrifma ab Epifcopo confici.

Resp. Pontificem non contulisse aliquam Episcopis prerogativam, seu novum privilegium tribuisse, sed solum contra presumptionem quorundam sacerdotum sua constitutione munivisse potestatem Episcopis competentem ex Apostolica traditione, vnde nullum potest inde pro priori sententia sumi argumentum.

Obijcitur 2. Concil. Toletanum 1. cap. 2. o. dicitur: *quamvis panē ubique custodiamus, et absque Episcopo christma nemo conficiat, quia tamen aliquibus in locis, et vel proximis presbyteri dicuntur christma conficere, placuit ex hac die nullum alium nisi Episcopum christma conficere, et per diocesim destinare.* vbi insinuat benedictionem christmatis factam à simplici sacerdote non esse legitimam, quod magis patet ex sequentibus; vbi insinuat de consensu Episcopi simplicem sacerdotem posse christma conficere.

Resp. quidquid sit de validitate benedictionis, cuius ibi fit mentio, eo loco non agi de materia Confirmationis, sed de chrismate, quo baptizati vngi solent in vertice, quod inde patet quod chrismi Confirmationis non soleat per diocesim deferri.

Obijcitur 30 simplex sacerdos potest ex com-
miffione Pontificis cōferre Confirmationem; ergo
et chrifma benedicere, cum pofterius fit minus.

Resp. negleto antecedente, de quo infra; neg.
sequens; quia inde sequeretur, quod qui
potestate ordinaria potest aliquod Sacramentum
conferre, posset eadem potestate materiam præpa-
rare; quod falsum esse, patet in Sacramento extre-
mæ unctionis, cuius minister ordinarius est sim-
plex sacerdos, qui tamen ordinaria potestate non
potest benedicere oleum illius Sacramenti, ut apud
Iohannes est indubitatum. 2. quia licet minus sit
materiam benedicere, quam Sacramentum mi-
nistare, quia tamen hæc benedictio est conditio

Posterior
negat.
D. Thom.
Henric
Suaraz.

23.
Posterior
præfertur.

Flor.

Innoc. 8.
Greg. 1.

Obiectio 1.

Resp.
Syluester
munijt po-
testatem E-
piscopis ex
Apostolica
traditione
competen-
tem

Obiectio 2.
Concil. To-
let. I,

Resp.

Obiectio 3.

Resp.

G g

necessariò

Dispositio
materie Sa-
cramenti
potest refet-
uari sumis
sacerdoti-
bus, licet
administra-
tio possit
interdum
simplicibus
committi.

necessario requisita ex parte materiae, & per con-
sequens dispositio eiusdem materiae, haec optime
potuit referuari summis sacerdotibus, quamvis
administratio ipsius Sacramenti possit interdum
alijs committi, eo quod videatur spectare ad so-
los Hierarchas authoritativè materiam dispo-
nere quā inferiores vti possint, quod videmus in ma-
teria extremae unctionis, quae saltem potestate or-
dinaria non potest ab inferioribus benedici. Vnde
dicendum, id quod in se minus est, bene posse
à superiori potestate provenire: praterquam
quod in presenti non occurrat necessitas com-
mittendi potestatem conficiendi chrisma Confir-
mationis, quae potest occurrere respectu ipsius
Sacramenti, nam chrisma ab Episcopo benedi-
ctum potest aliò deferri, cum tamen Episcopi in-
terdum non possint ad varia loca excurrere. Vnde
Christus potuit ita instituere benedictionem
chrismatis, ut illam solis Episcopis reservaret,
quod fecisse colligimus ex modo loquendi Pon-
tificum & Conciliorum, & ex eo quod nullum
in Ecclesia extet vestigium potestatis, quae sim-
plici sacerdoti demandetur.

D V B I V M. III.

Quanam sit materia proxima huius Sacramenti?

CVM ex dictis constet hoc Sacramentum ha-
bere rem quandam permanentem sensibi-
lem pro materia, quae munus materiae non potest
actu exercere nisi applicetur homini, concludi-
tur ad hoc ut constet Sacramentum, requiri
chrismatis applicationem seu unctionem, adeo-
que illam esse materiam proximam huius Sacra-
menti, vbi

Vnctio est
materia
proxima.

Debet ne-
cessitate
Sacramenti
fieri in si-
gnū crucis.
Florent.

Notandum 1. hanc unctionem debere fieri in
signum crucis, ut communiter Doctores, qui cen-
sent hoc crucis signum ita esse de essentia Sacra-
menti, ut nulla alia vnctio sufficiat. quod videtur
etiam patere ex Florent. decreto de Sacramentis
dicente formam esse: *signo te signo crucis*, ex quo
constat ad veritatem formae requiri efformatio-
nem signi crucis, & proinde eam requiri ut ma-
teriam, cum neque denotetur ut effectus Sacra-
menti, neque ut aliquid Sacramento acciden-
tale.

Confir. in Sacramentis consistentibus in appli-
catione materiae, is modus applicationis necessa-
rio requiritur ex parte materiae, qui tanquam ac-
tio per formam designatur: in hoc autem Sacra-
mento per formam designatur applicatio mate-
riae remota in formam crucis.

Eandem veritatem insinuant Patres, cum
Confirmationem vocant signaculum, ut Ambrosi-
lib. 3. de Sacramentis cap. 2. aut sigillum, prout
vocatur in decretis Sylvestri. nam signaculum &
sigillum Christianorum est crux. Omnis verò
efformatio crucis sufficit ad valorem Sacra-
menti.

Omnis ef-
formatio
Crucis suf-
fic. ad va-
lorem.

25.
Est de sub-
stantia, ut
fiat in fron-
te.
Florent.
Innoc. 1.
Innoc. 3.

Porro quamvis Victoria num. 31. censet non
esse de essentia applicationis, ut fiat in fronte, com-
muniter tamen Doctores id requirunt tanquam
de substantia Sacramenti, & sumi potest ex Flo-
rent. supra dicente: *in fronte*; vbi reverendi a sede
& confirmantes inungitur. & ex Innocent. 1. epist.
1. cap. 3. vbi docet frontem chrismate signare solis de-
beri Episcopis. Innocent. 3. cap. vltimo §. per frontem

chrismationem, de sacrā unctione, vbi dicitur: *hanc*
(scilicet frontis chrismationem) *non nisi summus*
sacerdos, id est Episcopus, debet conferre, quibus for-
mulis loquendi datur intelligi quod ad substan-
tiam Confirmationis requiratur, ut crux formetur
in fronte.

Confir. ex August. in psal. 141. in illa verba: *Aug.*
in viam, quā ambulabam &c. docente varia Sa-
cramenta in varijs partibus accipi, quaedam in to-
to corpore (ut baptismum) quaedam in ore (ut
Eucharistiam) quaedam in fronte (ut signaculum
crucis in Confirmatione), cuius rei congruen-
tiam adferunt Florent. August. & communiter
Doctores, quod hoc Sacramentum conferatur
ad liberam fidei professionem coram tyranno, &
proinde apte conferatur in fronte, vbi verecundie
sedes est, ne Christi miles illius nomen confiteri
erubescat.

Notandum 2. ex sensu Ecclesiae videri etiam
requiri ad substantiam Confirmationis, ut hoc
signum formetur manu Episcopi, atque adeo
Episcopum non posse inungere virgulā vel alio
instrumento; quod videntur indicare Urbanus alio in-
1. Eusebius, Hieron. & alij qui hoc Sacramentum
vocat indifferenter manus impositionem, etiam
eo tempore quo citra controuersiam chrisma de-
bebat adhiberi. videri possunt citati dub. 2. ar-
ticuli precedentis. non videntur autem ita voca-
re ab aliā manus impositione, quā illā, quā
Episcopus manu propria signat signo crucis fron-
tem eius, qui confirmatur. de qua manus im-
positione potest intelligi quod habetur Act. 8. & 19. cum Apostoli dicuntur manus im-
posuisse.

Confir. Urbanus, Hieron. & alij censent dari
Spiritus Sanctum, per impositionem manus, de
quā agunt; quod dici nequit si canon sit necessa-
ria ad rationem Sacramenti; ad substantiam au-
tem & valorem Confirmationis nulla alia requi-
ritur, quā ea quā Episcopus manu frontem
inungit, vbi

Aduerte cum in Ecclesia variè manus im-
poni soleant, & impositionis manuum frequens
sit mentio apud Patres & alios, diligenter per-
pendendum de qua impositione loquantur, ne si
inducant impositionem repeti posse vel esse cere-
moniam ab Ecclesia introductam, item salutē
Sacramenti substantiā posse omitti &c. statim
concludatur manus impositionem in hoc Sa-
cramento esse ceremoniam accidentalem ab Ec-
clesia introductam. nam si eorum sententia dili-
genter perpendantur, facile notari poterit illos
de alia manus impositione agere, videlicet vel
de impositione manuum, quae multiplex in ba-
ptismo solet adhiberi; vel de ea, quae peniten-
tibus olim adhibebatur; vel de ea, quae adhibe-
batur in reconciliatione haereticorum, vel de im-
positione manus in Sacramento penitentiae, quae
omnes sunt ritus ab Ecclesia introducti, & sine
quibus Sacramenta valde conficiuntur, quique
repeti possunt, cum tamen manus impositio de
qua agimus, nequeat repeti, & sit substantialis
Sacramento, quemadmodum & illa quae in ordi-
natione sacerdotis adhibetur quando dicitur: *ac-
cipe Spiritum* &c. similiter ea, quae adhibetur in ordi-
natione Episcopi.

Porro haec manus impositio conuenienter deno-
tat abundantiam gratiae quae in hoc Sacramento
conceditur. quamvis autem ex usu Ecclesiae haec
signatio

Non vide-
tur valde
formam
virgulā vel
alio instru-
mento.

26.

Varie na-
mas im-
positiones
sunt ba-
ptismi
&c.

Non ne-
cessaria
signatio

signatio fiat pollice, non videtur tamen illo modo
id requiri ad essentiam Sacramenti.

Ex dictis hoc & præcedentibus dubijs satis pa-
tet, quibus ex causis hoc Sacramentum tam varijs
nominibus appelletur. quia enim materia eius est
chrismata, interdum vocatur Sacramentum chris-
matis; quia frons eo chrismate inungitur, inter-
dum appellatur frontis chrismatio; quia id fit in
signum crucis, vocatur signaculum, sigillum;
quia fit manibus Episcopi, vocatur manus im-
positio.

ARTICVLVS IV.

*Virum sit conueniens forma huius Sacra-
menti: Consigno te signo crucis, & con-
firmo te chrismate salutis, in nomine
Patris & Filij & Spiritus Sancti?*

AFFIRMAT. est de fide. patet ex Flor. in de-
creto de Sacramentis, & ex Pontificali Ro-
mano, & Doctoribus qui hanc formam commu-
niter tradunt, in qua exprimitur actio ministri,
materia, subiectum, & finis huius Sacramenti, cum
sit institutum ad hominem spiritualiter confir-
mandum & roborandum, vt fidem coram tyran-
no in persecutione liberè profiteatur. quia autem
idem Sacramentum est complementum & perfe-
ctio baptismi, aptè additur in eadem formâ inuo-
catio Trinitatis sub nominibus reatiuis diuina-
rum personarum; quam inuocationem etiam ex
alio capite iam explicato aptè requirit, nimirum
quia datur ad hominem roborandum, vt fidem li-
berè profiteatur, cuius principale obiectum est
Deus vnus & trinus; videturque hæc expressa Tri-
nitatis inuocatio esse de substantia formæ, & vi-
detur requiri vt fiat per nomina consuecta diuina-
rum personarum, vt de baptismo diximus.

Notandum quod cum prædicta forma sit con-
ueniens & sufficiens, nulla alia sufficiat quæ sensu
ei non æquiualeat, vt patet in simili de baptismo; &
quia cum constet Sacramenta nouæ legis componi
verbis, tanquam formâ, illa autè Sacramenta sint
certa & determinate naturæ & speciei, relinqui-
tur necessariò requiri, vt verba quoad sensum sint
certa & determinata.

Confit. Flor. assignans prædictam formam tan-
quam legitimam, videtur omnino insinuatè nul-
lam aliam sufficere quæ quoad sensum illi non æ-
quiualeat.

Aduerte tamen 1. quod non requiratur vt eo-
dem modo omnia verba enuntientur, sed quem-
admodum baptismus in forma Græcorum colla-
tus est validus, ita Confirmationis Sacramentum
sit futurum validum sub hac vel simili forma col-
latum: *consignetur tibi signum Christi signo crucis &c.*
vel *consignaris*; quia sensus formalis & per se re-
quisitus est idem. vide dicta quæst. 66. art. 5. dub. 1.
& 2. Peccaret tamen grauitè qui hoc modo con-
ferret Sacramentum, eo quod in re graui desle-
teret à communi consuetudine, quæ censetur
obligare. vnde

Aduerte 2. quod verba de necessitate præcepti
debeant exprimi modo vtitato. sed est

D V B I V M.

*Num omnia verba requirantur ad sub-
stantiam & valorem formæ?*

VARIJ indicant non requiri, cum aliqui
censeant hæc sufficere: *consigno te in nomine*
Patris &c. vel: *confirmo te in nomine Patris &c.* immò
insinuant posse saluâ formæ veritate omitti inuo-
cationem sanctissimæ Trinitatis. Estius distinct.
7. §. 10. in fine. Ratio est quod in baptismo non
requiratur ad rationem formæ vt exprimatür ma-
teria, quâ confectur baptismus, dicendo: *ego te ba-
ptizo aquâ*, sed sufficiat exprimi actionem mini-
stri; ergo similiter in hoc Sacramento sufficit ex-
primi actionem ministri, non expressâ materiâ.
Quod etiam non requiratur inuocatio Trinita-
tis, probat, quia in baptismo idcirco requiritur,
quod minister in eo non operetur acceptâ pote-
state per consecrationem, sicut in alijs Sacra-
mentis.

Alij verò censeant posse omitti hæc verba: *chris-
mate salutis*, quia satis intelliguntur in verbo, *con-
firmo*; ita Bellar. de Confirmatione cap. 10. ex quo
videtur sequi quod illa verba: *signo crucis*, possint
etiam omitti, quia similiter dicuntur includi in
verbo: *consigno*, cum consignatio Christianorum
fiat per crucem, & ita hæc sententia videtur coin-
cidere cum præcedente quoad priorem eius par-
tem.

3. Videri saltem possit quod sufficiat dicere:
consigno te signo crucis chrismate salutis &c. quia eo
ipso quo dicitur: *consigno chrismate*, sufficenter de-
signatur Confirmatio, seu chrismatio, immò vide-
tur posse omitti particula, *salutis*; cum enim chris-
ma adhibeatur ad spirituale robur acquirendum,
satis intelligitur in voce, *chrismate*.

Sed Doctores communiter contrarium sen-
tiunt, vnde

Resp. & dico verba quæ in prædicta forma re-
censentur, vel æquipollentia sunt de necessitate
formæ & Sacramenti.

Probatur. Contil. Flor. videtur tradere formam
necessariam quoad totum sensum quem verba
reddunt, igitur omnia verba quoad sensum requi-
runtur ad valorem formæ. Consequentia proba-
tur, singula verba in illa forma posita habent si-
gnificationem quæ non satis distinctè in alijs con-
tinetur; ergo non possunt aliqua omitti nisi sub-
stituantur alia illis æquipollentia. Antecedens ve-
rò probatur, non constat nobis ex vilo principio
theologico, quod aliqua verba potius requiran-
tur quàm alia, ergo debemus asserere formam à
Flor. positam secundum omnes suas partes esse ne-
cessariam. Confit. ex Pontificali Romano, vbi ea-
dem ponuntur, & ex Doctoribus, qui passim illa
tradunt.

Vnde deduco 1. non sufficere dicere: *consigno te*
in nomine Patris &c. quia particula, *signo crucis*,
habet significationem quod non satis formaliter in-
telligitur per verbum, *consigno*. nam quamuis
apud Catholicos, præsertim quando agitur de Sa-
cramentis, audito verbo, *consigno*, faciliè appre-
hendatur id fieri signo crucis, ipsum tamen ver-
bum vi sua & ex communi institutione seu signi-
ficatione id non designat; vt autem vox aliqua in
forma Sacramentorum alteri substituta formam
non vitiet, debet idem distinctè significare.

G g 2

Idem

28.

Varij ne-
gant.Estius.
Eius ratio,

Bellar.

29.

Conclusio.
Omnia sunt
de necessi-
tate Sacra-
menti.
Prob. ex
Flor.Et Pontifi-
cals Rom.

Coroll. 2.

Vox alteri
substituta,
vt formam
non vitiet,
debet idem
distinctè
significare.